



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum conuenienter assignentur partes temperantiæ? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

D Hinc considerandum est de partibus temperantia.

¶ Et primo, de ipsis partibus in generali.

¶ Secundo, de singulis earum in speciali.

ARTIC. VN.

Utrum Tullius conuenienter assignet partes temperantia, continentiam, clementiam, & modestiam?

695

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Tullius in sua Rhetorica * inconuenienter assignet partes temperantia, quas dicit esse continentiam, clementiam, & modestiam. Continentia enim contra virtutem diuiditur in 7. † Ethic. Sed temperantia continetur sub virtute. Ergo continentia non est pars temperantia.

inf. q. 145
a 4. et 9.

157. a. 3.

¶ q. 160

a 1. ¶ 2.

d 44. q. 2

a. 1. ad 3

¶ 3. dif.

33. q. 3.

ar. 2.

* li. 2. de

inuēt. in

3. fol. ante

se. lib.

† ca. vlt.

ad fr. 5.

* q. 141.

ar. 4.

† q. 58.

ar. 8.

* li. 1. in

2. f. ante

me. lib.

† li. 2. de

inuēt. in

f. 3. ante

fin. lib.

* q. 48.

¶ 1. 3.

¶ 2 Præterea, Clementia videtur esse mitigatio odij, vel ira. Temperantia autem non est circa huiusmodi, sed circa delectationes tactus, vt dictum * est. Ergo clementia non est pars temperantia.

¶ 3 Præterea, Modestia consistit in exterioribus actibus. Vnde & Apostolus dicit ad Philipp. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Sed actus exteriores sunt materia iustitie, vt supra † habitum est. Ergo modestia magis est pars iustitie, quam temperantia.

¶ 4 Præterea, Macrobius * super somnium Scipionis ponit multo plures temperantia partes. Dicit enim quod temperantiam sequitur modestia, verecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia. Andronicus etiam dicit, quod familiares temperantia sunt austeritas, continentia, humilitas, simplicitas, orna us, bona ordinatio, per se sufficientia. Videtur ergo insufficienter † Tullius enumerasse temperantia partes.

RESPONDEO dicendum, quod sicut * supra dictum est, alicuius virtutis cardinalis triplices partes esse pos-

M 3 sunt,

¶ 1. 3.

q. 141. a.
2. ad 3.

sunt, scilicet integrales, subiectiuæ, & potentiales. Et dicuntur partes integrales alicuius virtutis conditiones, quas necesse est concurrere ad virtutem. Et secundum hoc sunt duæ partes integrales temperantiæ; scilicet verecundia, per quam aliquis refugit turpitudinem temperantiæ contrariam; & honestas, per quam scilicet aliquis amat pulchritudinem temperantiæ. Nam sicut ex dictis * patet, præcipue temperantiæ inter virtutes vendicat sibi quemdam decorem, & vitia intemperantiæ maximè turpitudines habent. Partes autem subiectiuæ alicuius virtutis dicuntur species eius. Oportet autem diuersificare species virtutum secundum diuersitatem materiæ, vel obiecti. Est autem temperantiæ circa delectationes tactus, quæ diuiduntur in duo genera. Nam quædam ordinantur ad nutrimentum. Et in his quantum ad cibum, est abstinentia; quantum autem ad potum, propriè sobrietas. Quædam verò ordinantur ad vim generatiuam. Et in his quantum ad delectationem principalem ipsius coitus, est castitas: quantum autem ad delectationes circumstantes, puta, quæ sunt in osculis, tactibus, & amplexibus, attenditur pudicitia. Partes autem potentiales alicuius virtutis principales dicuntur virtutes secundariæ, quæ modum, quem principalis virtus obseruat circa aliquam principalem materiam, eundem obseruant in quibusdam alijs materijs, in quibus non est ita difficile. Pertinet autem ad temperantiæ moderari delectationes tactus, quas difficillimum est moderari. Vnde quæcumque virtus moderationem quamdam operatur in aliqua materia, & refrenationem appetitus aliquid tendentis: poni potest pars temperantiæ, sicut virtus ei adiuncta. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, in interioribus motibus animi. Alio modo, in exterioribus motibus, & actibus corporis. Tertio modo, in exterioribus rebus. Præter motum autem concupiscentiæ, quem moderatur, & refrenat temperantiæ, tres motus inueniuntur in anima

in aliquid tendentes. Primus quidem est motus voluntatis commotæ ex impetu passionis. Et hunc motum refrænât continentia, ex qua fit, ut licet homo immoderatas concupiscentias patiat, voluntas tamen non vincatur. Alius autem motus interior in aliquid tendens, est motus spei, & audaciæ, quæ ipsam consequitur. Et hunc motum moderatur siue refrænât humilitas. Tertius autem motus est ira tendens in vindictam, quem refrænât mansuetudo, siue clementia. Circa motus autem, & actus corporales moderationem, & refrænationem facit modestia, quam Andronicus in tria dividit. Ad quorum primum pertinet discernere quid sit faciendum, & quid dimittendum, & quid quo ordine sit agendum; & in hoc firmum persistere. Et quantum ad hoc, ponit bonam ordinationem. Aliud autem est, quod homo in eo quod agit, decentiam obseruet. Et quantum ad hoc, ponit ornatum. Tertium autem est in colloquijs amicorum, vel quibuscumque alijs. Et quantum ad hoc, ponitur austeritas. Circa exteriora verò dupliciter moderatio est adhibenda. Primò quidem, ut superflua non requirantur. Et quantum ad hoc, ponitur à Macrobio * par-

loc. cit. in arg. 4.

Ibid.

tas; & ab Andronico, per se sufficientia. Secundo verò, ut homo non nimis exquisita requirat. Et quantum ad hoc, ponit * Macrobi. moderationem; Andronicus verò simplicitatem.

q. 155. a. 3

Ad primum ergo dicendum, quod continentia differt quidem à virtute, sicut imperfectum à perfecto, ut infra * dicitur. Et hoc modo conuiuatur virtuti. Conuenit tamen cum temperantia, & in materia, quia est circa delectationes tactus; & in modo, quia in quadam refrænatione consistit. Et ideo conuenienter ponitur pars temperantiæ.

In eo. op.

Ad secundum dicendum, quod clementia siue mansuetudo non ponitur pars temperantiæ propter conuenientiam materiæ, sed quia conuenit cum ea in modo refrærandi, & moderandi, ut dictum * est.

M 4 iu.

184 QVÆST. CXLIV. ART. I.
iustitia attendit id quod est debitum alteri. Hoc autem modestia non attendit, sed solum moderationem quamdam. Et ideo non ponitur pars iustitiæ, sed temperantiæ.

Ad quartum dicendum, quod Tullius sub modestia comprehendit omnia illa quæ pertinent ad moderationem corporalium motuum, & exteriorum rerum, & etiam moderationem spei, quam diximus *, ad humilitatem pertinere.

QVÆST. CXLIV.
De partibus temperantiæ in speciali, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de partibus temperantiæ in speciali. Et primò de partibus quasi integralibus, quæ sunt verecundia, & honestas.

- ¶ Circa verecundiam autem quæruntur quatuor.
- ¶ Primo, utrum verecundia sit virtus?
- ¶ Secundo, de quibus sit verecundia.
- ¶ Tertio, à quibus homo verecundetur.
- ¶ Quarto, quorum sit verecundari.

ARTIC. I.

Utum verecundia sit virtus?

696
3. dif. 23.
9. 1. ar. 3.
9. 2. ad 2.
¶ 4. di.
14. 9. 1.
2. 1. 9. 2.
ad 5. ¶
veri. 9.
26. ar. 6.
ad 15 et
4. Eth. le.
17. prin.
* c. 6. t. 5.
† li. 2. c. 7.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod verecundia sit virtus. Esse enim in medio secundum determinationem rationis, est proprium virtutis, ut patet ex diffinitione virtutis, quæ ponitur in secundo Ethicor. * Sed verecundia consistit in tali medio, ut patet per Philosophum † ibidem. Ergo verecundia est virtus.

¶ 2. Præterea, Omne laudabile vel est virtus, vel ad virtutem pertinet. Sed verecundia est quoddam laudabile: non est autem pars alicuius virtutis. Non enim est pars prudentiæ, quia non est in ratione, sed in appetitu: neque etiam est pars iustitiæ, quia verecundia passionem quamdam importat, iustitia autem non est circa passiones. Similiter etiam non est pars fortitudinis: quia ad fortitudinem pertinet perferri & aggredi, ad verecundiam autem refugere aliquando.